

www.e-rara.ch

Ethices christianae libri tres

Daneau, Lambert

Genevae, 1582

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: III Q 101: c

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-633>

Cap. III.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

præcepto satis intelligitur: quæ cum latissimè pateat, séque per omnes vitæ humanæ partes, & actiones diffundat (ecquod enim est, obsecro, turpitudinis genus, in quo nostra concupiscentia non ebulliat & se iactet?) infinita peccatorum genera prætermittant illi necesse est. Deinde primos animorum nostrorum motus, quos appellant, nō damnant, ac ne Stoici quidem Philosophorum seuerissimi, quia quominus fiant hæ animorum nostrorum, quâquam vitiosæ, commotiones, non est (vt ipsi aiunt) in nostra potestate situm. Denique nihil eorum, quæ ad idolorum. i. falsorum deorum cultum, quæ ad infidelitatem, quæ ad diffidētiam nostrâ, quæ ad primam legis diuinæ tabulam pertinent, illi fugiendum homini sapienti putant. In quibus tamen omnibus scelera vel maxima versantur, ad eò vt minutulam quandam virtutum & vitiorum partem gustasse potius, quàm cognouisse videantur. At eadem illa omnia ab vtrisque vel non intellecta, vel contempta Christiani Theologi & cognouerunt, & ex Dei verbo verissimè definierunt. Sed de differentia quidem Christianæ Ethices à Profana siue Philosophica, itémque Politica siue Legislatorum præceptis, hæc dicta sint.



CAP. III.

*Methodus & partitio future
disputationis.*

ETHICAM igitur Christianam ab v-
 trorumque cognitione & ratione di-
 uersam, Deo dāte, scripturi, alia quo-
 que via progrediēdum arbitramur, quā ipsi
 fecerint. Quanquam inter eos ipsos non vna
 semper fuit omnium methodus, & præcepta
 de virtutibus tradendi ratio. Nam eorum alij
 à definitione summi illius boni, quā *Evdauovian*
 vocant, tanquam ab ipso capite & primo hu-
 ius cognitionis fonte disputationē ordiuntur:
 alij à virtutibus ipsis rem totam inchoare ma-
 lunt: alii ab ipsius hominis consideratione, ea-
 rumque partium, quibus præcipuis constat, ni-
 mirum animo & corpore, vt ecquod propriū
 hominis, vtraque illa natura constantis, atque
 summum bonum esse possit, commodius ex-
 plicetur. Nos verò, quæ ad Dei verbum aptissi-
 ma & conuenientissima ratio visa est, eam hoc
 loco & tempore sequimur. Itaque tria præser-
 tim in tota hac quæstione, & tractatione ver-
 sari nobis videntur, tanquam præcipua totius
 huius argumenti & scientiæ capita.

1 Primum quidem, vt disputetur de huma-
 narum actionum Principiis & causis.

2 Secundum, de humanarum actionum re-
 gendarum & rectè instituendarum norma &
 præceptis.

3 Tertium, de variis virtutum, quæ sunt a-
 ctionum nostrarum rectè instituēdarum nor-
 ma, nominibus, itēque varia vitiorum appel-
 latione, & natura. Quæ tria postquam expo-
 fuerimus, vniuersam Ethices Christianæ vim
 & tractationem, quæ modò nobis vsum ali-
 quem

quem afferre potest, absoluisse videbimur. A primo autem capite (prius Deum per Christum precati, vt ipse, qui nos hæc sacro suo verbo docuit, Sancto suo spiritu nos in toto hoc opere scribēdo dirigat) sic dicimus ordientes.



CAP. IIII.

Quid sit actio in vniuersum, item & quid humana actio, & quoruplex.



T quæ sint humanarum actionum principia & causæ melius intelligatur, primùm omnium quid sit Actio in vniuersum, Deinde quid humana Actio & quoruplex, explicemus. Aristoteles li. 6. ἡθικῶν Νικομαχ. cap. 4. & 5. religioſè inter hæc duo vocabula distinguit *πράξιν* & *ποιῶν*, quæ Latini homines agere & efficere vulgò cōuertunt, ad eò vt non tantùm sono & propria quadam significatione hæc inter se diuersa statuatur, sed etiam toto genere dissimilia, Ἄλλο, inquit ille, τὸ γένος *πραξέως*, ἢ *ποιήσεως* ἔστι. ἔτερον δὲ *πραξίς* ἢ *ποίησις*. Itaque habitus ipsos rationemque rectam, per quam *ποιῶμεν*, id est, aliquid agimus, planè aliam ab ea facit, per quam *πράττομεν*, id est, aliquid efficimus. Οὐ γὰρ *πράττεται* ὑπὸ ἀλλήλων. Οὐτε γὰρ ἡ *πραξίς*, *ποίησις*: ἔτε ἡ *ποίησις*, *πραξίς* ἔστι, id est, neque altera ab altera continetur. Neque enim actio, effectio est: neque effectio, actio. Ex quo fit, vt nomē actionis, quam *ποίησιν* Græci vocant, ex hac interpretatione angustè